A ro tanꝗ̃ vna ſit hæreſis ponat,aliquid tñ intereſſe ſi-
gnificās,Quanuis & in cōſequētibus loquat̃ de illis
Lib.6.ca. ponens eos ſub numero ſuo.Euſebius vero Elceſaita
28. rū ſectā commemorans,fidē in perſecutione dicit ne-
11 gandā docuiſſe,& in corde ſeruandā. Valentini-
ani à Valentino,qui de natura rerū multa fabuloſa
cōfinxit.Triginta αἰῶνας,id eſt,ſecula aſſerens exti-
tiſſe,quoꝝ principiū eſſe profundū & ſilentium,quod
ꝓfundū etiā patrem appellat.Ex quib9 duobus velut
ex cōiugio ꝓceſſiſſe perhibet intellectum & veritatē,
& protuliſſe in honorem patris æonas octo, De itel-
lectu autem & veritate proceſſiſſe verbum & vitam,
& protuliſſe æonas decem.Porrò de verbo & vita ꝓ
ceſſiſſe hominem & Eccleſiam,& protuliſſe æonas
duodecim.Itaque octo & decem & duodecim fieri tri-
ginta æonas,habentes,vt diximus,primū principiū
de profundo & ſilentio.Chriſtum autem à patre miſ-
ſum,id eſt,à profundo ſpiritale vel cœleſte corpus ſe-
cum attuliſſe:nihilꝗ; aſſumpſiſſe de virgine Maria,
† al's,riuū ſed per illam tanquā per rimam†,aut per fiſtulā ſine
vlla de illa aſſumpta carne tranſiſſe.De triceſimo ſe-
culo dicit diabolum genitum,& à diabolo alios na-
tos qui fecerint hunc mundum.Et ideo malitiā non
B arbitrio tribuit,ſed naturæ mundi,id eſt,generi dia-
bolico:carnis reſurrectionem negat,Animam tantū
12 & ſpiritum affirmat per Chriſtum ſaluari. Se-
† al. Seuā cūdiani†hoc à Valentinianis diſtare dicuntur,quòd
driani. 13 addunt opera turpitudinis. Ptolemæus quoque
diſcipulus Valentini hæreſim nouam cōdere cupi-
ens,quatuor æonas & alias quatuor aſſerere maluit.
14 Marcus etiam neſcio quis hæreſem condidit,
negans reſurrectionem carnis,& Chriſtū non vere,
ſed putatiue paſſum aſſeuerans.Duo quoq; opinatus
eſt ex aduerſo ſibi eſſe principia,quiddam tale etiam
ipſe de æonibus ſicut Valentinus affirmans.
15 Colarbaſus ſecutus eſt iſtos non multum aliter
ſentiēs,Vitam omnium hoīm & generationē in ſe-
16 ptē ſyderib9 cōſiſtere affirmās. Heracleonitę ab
Heraclione diſcipulo ſuperioꝝ,duo aſſerunt ṗncipia,
vnū ex altero,& ex his duobus alia plurima. Ferunt̃
autē ſuos moriētes nouo modo q̃ſi redimere,id eſt,ꝑ
oleū,balſamū & aquā,& inuocationes quas Hebrai-
17 cis verbis dicūt ſup capita eoꝝ. Ophitæ à colu-
bro noīati ſunt,coluber em̄ Gręce ophis dr̃. Hūc aūt
[colubrū q decepit Adā & Euā] Chriſtū arbitrant̃,
Sed habēt etiā verū colubrū quē nutriūt & venerāt̃.
Qui & icātāte ſacerdote egredit̃ de ſpelunca,& aſcē-
C dit ſup altare inixū ſpeluncę,& oblatiões eoꝝ lābit,
& iuoluēs ſe circa eas,regredit̃ ad ſpeluncā:& ita cō-
fringūt oblatiões i eucharistiā,q̃ſi à ſerpēte Chriſto
vt illi putāt ſanctificatas.Tradūt hui9 ſerpētis cultū
18 à Nicolaitis[ſiue Gnoſticis]ad iſtos deductū. Ca-
iani ꝓpterea ſic appellati,qm̄ Cain honorāt,dicētes
eū fortiſſimę eſſe virtutis:ſimul & Iudā traditorē di
uinū aliqd putāt eſſe,& ſcel9 ei9 bñficiū deputāt:aſſe-
rētes eū ꝑſciſſe quātū eſſet generi hūano Chriſti paſ-
ſio ꝓfutura,& occidēdū Iudęis ꝓpterea tradidiſſe:il-
los etiā,q ſchiſma faciētes i ṗmo populo dei,terra de
hiſcēte perierūt,Chore,Dathan,& Abiron,& Sodo-
mitas colere ꝑhibent̃.Blaſphemāt legē,& deū legis
19 authorē:carniſq; reſurrectionē negāt. Sethiani
nomē acceperūt à filio Adę,qui vocatus eſt Seth:eū
qppe honorāt,ſed fabuloſa & hęretica vanitate.Di-
cūt em̄ eū de ſupna matre natū,quā perhibent cõue-
niſſe cū ſuperno patre:vñ diuinū ſemen aliud naſce-
ret̃,tanꝗ̃ filioꝝ dei.Hi q̃q; multa de principatibus &
poteſtatib9 vaniſſima fabulant̃:quidā eos dicūt Sem
20 filiū Noe Chriſtū putare. Archontici à principi
bus appellati,vniuerſitatē,quā deus cōdidit,opera eſ-
ſe principū dicunt:operant̃ etiā quandā turpitudinē.
21 Reſurrectionē carnis negāt. Cerdoniani à Cer-
done nominati,q duo principia ſibi aduerſantia do-

gmatizāt:deumq; legis ac Prophetaꝝ non eſſe pa- D
trē Chriſti,nec bonū deū eſſe,ſed † iuſtū,patrē vero al.nec.
Chriſti bonū:Chriſtūq; ipſum neq; natū ex fœmina,
neq; habuiſſe carnē:nec vere mortuū,vel quicquam
paſſum,ſed ſimulaſſe paſſionē.Quidā vero in duob9
principijs ſuis duos deos ita eū dixiſſe perhibent,vt
vnus eoꝝ eſſet bonus,alter autē malus:reſurrectionē
mortuoꝝ negant.Spernunt etiā teſtamentū vetus.
Marcion q̊q;,à q̊ Marcioniſtę ſunt,qui Cerdo- 22
nis ſecut9 eſt dogmata de duob9 principijs:q̃uis Epi-
phanius eū tria dicat aſſeruiſſe principia:bonum,iu-
ſtum,prauū:ſed Euſebius Syneꝝ quendā,nō Mar-
cionē,trium principioꝝ atq; naturaꝝ ſcribit authorē.
Apellitę ſunt,quoꝝ Apelles eſt princeps,q du-
os quidem introducit deos:vnum bonum,alteꝝ ma 23
lum:nō tñ in duobus diuerſis atq; inter ſe aduerſis
eſſe principijs,ſed vnū eſſe principium:deū ſcilicet bo
nū,& ab illo factum alteꝝ:qui cū malignus eſſet,in-
uēt9 eſt i ſua mundū natiuitate†feciſſe.Hunc Apellē † al. mali-
dicunt quidā etiā de Chriſto tā falſa ſenſiſſe,vt dice- gnitate.
rēt eum,non quidem carnem duxiſſe de cœlo,ſed ex
elemētis mundi accepiſſe q̄ mundo reddidit,cū ſine
carne reſurgēs,in cœlum aſcendit. Seueriani à 24
Seuero exorti,vinum nō bibunt,eo ꝙ fabuloſa vani- E
tate de Satana & terra germinaſſe aſſerunt vitem.
Etiā ipſi nō ſanam doctrinā ſuā,quibus volūt inflant
nominib9 principū,Carnis reſurrectionē cum veteri
teſtamento reſpuētes.Hic pręterea Philumenē quā- φιλου-
dam puellam dicebat inſpiratam diuinitus ad præ- μένη.
nūcianda futura,ad quam ſomnia atq; æſtus ſui ani-
mi referens,diuinationibus ſeu præſagijs eius ſecre-
tim erat ſolitus *præmoneri*,eodē *phantaſmate* eidē
Philumenæ pueri habitu ſe demonſtrante,Qui pu-
er apparens,Chriſtū ſe aliquādo,aliqñ eſſe aſſereret
Paulū.A quo phantaſmate ſciſcitans,ea ſoleret re-
ſpōdere quæ ſe audientibus diceret.Nō nulla quoq;
illā miracula operari ſolitā,inter q̄ illud præcipuum,
quod in anguſtiſſimi oris ampullam vitream,panem
grādē immitteret,eumq; extremis digitulis leuare
ſoleret illęſum,eoq; ſolo quaſi diuinit9 ſibi cibo dato
fuiſſet cōtēta. Taciani à Tacio q̊dā,iſtituti ſunt,q 25
& Encratitę appellati ſunt,nuptias dānāt,atq; oīno
pares eas fornicationibus alijſq; corruptiōib9 faciunt:
nec recipiūt in ſuorū numeꝝ coniugio vtentem,ſiue
marē,ſiue fœminā:non veſcunt̃ carnibus,eaſq; oēs
abominant̃:ꝓlationes quaſdā fabuloſas ſeculoꝝ etiā
ipſi ſapiūt:ſaluti primi hoīs cōtradicunt.Epiphanius
Tacianos & Encratitas ita diſcernit,vt Encratitas F
Taciani ſchiſmaticos dicāt. Cataphryges ſunt, 26
quoꝝ authores fuerunt,Mōtanus tanꝗ̃ paraclet9,&
duę Prophetiſſæ ipſius,Priſca & Maximilla.His no
mē ꝓuincia Phrygia dedit,quia ibi extiterūt,ibiq; vi κατὰ φρύ-
xerunt:& etiā nunc i eiuſdē partibus populos habēt. γας.
Aduentū ſpiritusſancti à dño promiſſum,in ſe potius
q̄ in Apoſtolis eis fuiſſe aſſerūt redditū.Secūdas nu-
ptias ꝓ fornicatiōibus habēt:& ideo dicunt eas per-
miſiſſe Apoſtolū Paulum,quia ex parte ſciebat,&
ex parte prophetabat:Nondū em̄ venerat qđ ꝑfectū
eſt.Hoc autē perfectū in Montanū & i eius prophe-
tiſſas veniſſe delirāt.Sacramēta perhibent̃ funeſta
habere.Nā de infantis anniculi ſanguine,quē de toto
eius corpore minutis punctionū vulnerib9 extorquēt,
quaſi euchariſtiā ſuā cōficere perhibent̃,miſcentes eū
farinæ,panēq; inde faciētes:qui puer ſi mortuus fue-
rit,habet̃ apud eos pro martyre:ſi autē vixerit,pro
magno ſacerdote. Pepuziani à loco quodā nomi- 27
nati ſunt,quā ciuitatē deſertā dicit Epiphanius.Hāc
aūt iſti diuinū aliquid eſſe arbitrātes,Hieruſalē vo-
cāt.Tantum dātes mulieribus principatū,vt ſacerdo
tio quoq; apud eos honorent̃.Dicunt em̄ Quintillæ
& Priſcillæ in eadē ciuitate Pepuza,Chriſtū ſpecie
fœminæ reuelatum.Vnde ab hac Quintilliani etiā
nuncupātur.